*Ant.* Custódi me a láqueo quem statuérunt míhi, et a scándalis operántium iniquitátem.

5. Ant. Considerábam † ad déxteram, et vidébam, et non érat qui cognósceret me.

### Psalmus 141.

VOce méa ad Dóminum clamávi : * vóce méa ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu éjus oratiónem méam, * et tribulatiónem méam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum méum, * et tu cognovísti sémitas méas.

In vía hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum míhi.

Considerábam ad déxteram et vidébam : * et non érat qui cognósceret me.

Périit fúga a me, * et non est qui requírat ánimam méam.

Clamávi ad te Dómine, * dixi : Tu es spes méa, pórtio méa in térra vivéntium.

Inténde ad deprecatiònem méam : * quia humiliátus sum nímis.

Líbera me a persequéntibus me : * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam méam ad confiténdum nómini túo : * me exspéctant jústi, donec retríbuas míhi.

*Ant.* Considerábam ad déxteram, et vidébam, et non érat qui cognósceret me.

*Capitulum, Hymnus et* ℣. *non dicuntur.*

### Ad Magnificat, Antiphona :

Coenántibus † autem íllis, accépit Jésus pánem, et benedíxit ac frégit dedítque discípulis súis.

*Cant.* Magníficat. 227.

### Feria Sexta.

Cum accepísset † acétum, dixit : Consummátum est : et inclináto cápite, trádidit spíritum.

*Repetita Antiphona, dicitur* ℣. Christus fáctus est, *cum reliquis ut supra ad Laudes (sine cantu).*

¶ *Sacerdos cum Ministris denudat Altaria, legendo Antiphonam.*

Divisérunt síbi † vestiménta méa, et super véstem méam misérunt sórtem.

*Ps. 21.* Déus, Déus méus réspice in me. 553. *Et repetitur Antiphona.*

### AD MANDATUM.

*Diaconus cantat Evangelium,* Ante diem festum Paschae. 542, *cum caeremoniis consuetis. Quo finito, dum Sacerdos cum Ministris lotionem pedum agit, haec subscripta cantantur.*









*Et repetitur immediate Antiphona* Mandátum nóvum.

*Et sic aliae Antiphonae, quae habent Psalmos, vel Versus, repetuntur. Et de quolibet Psalmo dicitur tantum primus Versus.*







it íl- lis : Scí- tis quid fé-ce- rim vó-
bis é-go Dó-mi- nus et Ma- gí-ster? Ex-émplum
dé- di vó- bis, ut et vos i- ta fa-ci- á- tis. Ps. Be-
ne- di- xí-sti Dómi-ne tér-ram tú- am : * a- ver-tí-sti
capti-vi-tá- tem Já- cob. Dómi- nus Jé- sus.
Ant. 5. (fa-do) Dómi- ne, * tu mí- hi lá- vas pé-des?
Respóndit Jé-sus et dí-xit é- i : Si non lá-ve-ro
tí- bi pé-des, non ha-bé-bis pártem mé-cum. ℣. Vé-nit
ergo ad Simó-nem Pé-trum, * et dí-xit é- i Pé-trus.
Dómi- ne. ℣. Quod é-go fá-ci- o, tu néscis mo-do : * scí- es
au-tem póste- a. Dómi- ne.




Ant. 4. (mi-la) Si é-go Dómi- nus * et Ma- gí-ster vé- ster
lá-vi vó-bis pé-des : quanto ma- gis vos de- bé-
tis álter al- té- ri- us la-vá- re pé-des? Ps. Au-dí- te
haec ó-mnes gén-tes : * áu- ri- bus percí-pi-te qui ha-bi-
tá- tis ór-bem. Si é-go Dómi- nus.
Ant. 7. (sol-ré) In hoc cognóscent ómnes, * qui- a mé- i é-
stis discí-pu-li, si di- lecti- ó- nem habu- é-ri- tis ad
ínvi-cem. ℣. Dí- xit Jé-sus discí-pu-lis sú- is. In
hoc cognóscent ómnes.
Ant. 7. (sol-ré) Má-ne- ant in vó- bis * fí-des, spes, cá-ri-tas,
trí- a haec : má-jor au-tem hó- rum est cá-ri-tas.


℣. Nunc au- tem má-nent fí- des, spes, cá- ri-tas, trí- a
haec : * má- jor autem hó-rum est cá- ri- tas.
Má-ne- ant in vó- bis.
Ant. 2. (ré-fa)
Be-ne-dí- cta sit * sáncta Trí- ni- tas, atque
indi-ví- sa U-ni- tas : con-fi-té- bi- mur é- i, qui-
a fé- cit no-bíscum mi-se-ri- cór- di- am sú- am.
℣. Be-ne-di-cámus Pátrem et Fí- li- um, * cum Sáncto Spí-
ri-tu. Ps. Quam di- lé-cta ta-berná-cu-la tú- a, Dómi-
ne vir-tú- tum! * con-cu- píscit, et dé- fi-cit á-nima mé- a
in átri- a Dó-mi- ni. Bene-dí- cta sit.
Ant. 6. (fa-la)
Ubi cá- ri- tas et á- mor, Dé- us i-bi est.




℣. Congre-gá- vit nos in ú- num Chrí-sti ámor. ℣. Exsul-
té-mus, et in í-pso ju-cundémur. ℣. Time- ámus, et a-
mé-mus Dé- um ví-vum. ℣. Et ex córde di- li-gá-mus nos
sin- cé- ro. Ant. Ubi cá- ri- tas et á-mor, Dé- us i-bi
est. ℣. Simul er-go cum in ú- num congre-gámur :
℣. Ne nos mén-te di-vi-dá-mur, ca-ve- ámus. ℣. Céssent júr-
gi- a ma- lí-gna, céssent lí-tes. ℣. Et in mé-di- o nóstri
sit Chrístus Dé- us. Ant. Ubi cá- ri- tas et á-mor,
Dé- us i-bi est. ℣. Simul quo-que cum be- á- tis vi-
de- ámus. ℣. Glo-ri- án-ter vúl-tum tú- um, Chríste Dé-
us. ℣. Gáudi- um quod est imménsum, atque próbum : ℣. Saé-



cu-la per in-fi-ní- ta saecu- ló- rum. A- men.

*Post lotionem, Sacerdos dicit :*

Páter nóster. *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a málo.
℣. Tu mandásti mandáta túa Dómine. ℟. Custodíri nimis.
℣. Tu lavásti pédes discipulórum tuórum.
℟. Opera mánuum tuárum ne despícias.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio*

Adésto, Dómine quaésumus, offício servitútis nostrae : et quia tu discípulis tuis pedes laváre dignátus es, ne despícias ópera mánuum tuárum, quae nobis retinénda mandásti : ut sicut hic nobis, et a nobis exterióra abluúntur inquinaménta; sic a te ómnium nostrum interióra lavéntur peccáta. Quod ipse praestáre dignéris, qui vivis et regnas Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

### Ad Completorium.

*Non dicitur* Jube domne. *nec Lectio brevis, nec* Adjutórium. *neque Oratio Dominica : sed facta Confessione et Absolutione, incipitur a Ps.* Cum invocárem; *et dicuntur Psalmi de Dominica,* 231. *Dictis Psalmis, dicitur* Nunc dimíttis, 238. *Deinde* ℣. Christus fáctus est. *cum reliquis, ut supra,* 539.

*Sic terminantur omnes Horae in hoc triduo, usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive.*

# FERIA VI. IN PARASCEVE.

## AD MATUTINUM.

Pater noster. Ave María. Credo. *secreto.*

### IN I. NOCTURNO.

1. Ant. 8. G (*sol-do*)



Asti-té-runt * ré-ges térrae, et prínci-pes con-



ve-né-runt in ú-num, advérsus Dómi-num, et advérsus



Chrí- stum é- jus.



Psalmus 2.



1. Qua-re fremu- é-runt **Gén-** tes, * et pó-pu-li me-di-tá-ti



*sunt* i-**ná-ni-** a. 2. Astitérunt réges térrae, *etc.* 289.

2. Ant. 8. G (*sol-do*)



Di-vi-sé-runt sí-bi * vestiménta mé- a, et su-per



vé- stem mé- am mi- sé- runt sór-tem.

Psalmus 21.



1. Dé- us, Dé- us mé- us, réspi-ce in me : † qua-re me de-re-



liquí- sti ? * longe a sa-lú-te mé- a vérba de- lictó-*rum*



*me-* ó- rum. *Flexa :* vírtus mé- a, †

2. Déus méus, clamábo per diem, et non **exáudies** : * et nócte, et non ad insipién*tiam* **míhi.**
3. Tu autem in sáncto **hábitas,** * *laus* **Israel.**
4. In te speravérunt pátres **nóstri** : * speravérunt, et liber*ásti* **éos.**
5. Ad te clamavérunt, et sálvi **fácti** sunt : * in te speravérunt, et non *sunt* con**fúsi.**
6. Ego autem sum vérmis, et non **hómo** : * oppróbrium hóminum, et abjéc*tio* **plébis.**
7. Omnes vidéntes me, deri**sérunt** me : * locúti sunt lábiis, et mo*vérunt* **cáput.**
8. Sperávit in Dómino, erípiat **éum** : * sálvum fáciat éum, quóni*am vult* **éum.**
9. Quóniam tu es, qui extraxísti me de **véntre** : * spes méa ab ubéribus mátris méae. In te projéctus *sum ex* **útero** :
10. De véntre **mátris** méae Déus méus **és** tu, * ne discés*seris* **á** me :
11. Quóniam tribulátio **próxima** est : * quóniam non *est qui* **ádjuvet.**
12. Circumdedérunt me vítuli **múlti** : * táuri píngues *obse***dérunt** me.